



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Peccati fuga. 30

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

VBALDINI. 65

que exornari fūco in speciem
posse. Verūm hæc Antonius a-
pud prudentes, nunquam ita
potuit extenuare, vt idcirco cre-
duli sententiam mutarent; quā
sentiebant hac ipsa extenuatio-
ne confirmari.

XXX. Peccati fuga.

SImul ac per ætatem vti ratio-
ne licuit, nihil in vita charius
ei pensiusque fuit, quā inno-
centiæ tuendæ cura. Cuius ne ia-
cturam alicubi faceret, vigilatè
atque attentè momenta omnia
circumspectabat. Neque hîc at-
tinet, argumenta colligere, quæ
doceant, eum obiecta culpæ
mortiferæ vmbra exterritum,
continudò refugissè; quando etiā
à leuibus noxis, quæ labem quā-
tulamcumque afferrent, sic sem-
per abhorruit vt studuerit ob-
serua-

seruatè earum nullam sciens volensque admittere; sed vel longinquas occasiones, quæ eò ducerent, prouidenter vitare. Quæ eadem cura, etiam dum puer, veri amans, omnem mendacij speciem, veluti pestilentiaë pforam (præ vt ætas ea vulgò solet) refugit: arbitratus, non vulgari supplicio dignos, quibus suisque deque sit, immortale numen etiam leuibus (vti vocant) piaculis, temerè offendisse: & contra reputando, non carituros eximia voluptatis sensu, qui, etiam hoc genus noxas exosi, displicere metuissent. Eaque propter, vt quicquid auspicabatur, maturè secum expendebat, an id omne cum Dei voluntate congrueret? quicquid secus esse creditum, id enim verò, quanti-

cum

cumq
desse,
posse
reque
me in

XX

I Gi
ha

solo
quod
stum
ditæ
relæ
cont
hilar
quæ
mæf
app
ius i
fratr

VBALDINI. 67

cumque fuisset, & siue usu pro-
desse, siue delectatione allicere
posset, abesse confestim, facesse-
réque, vt odiosum à se longissi-
mè iubebat.

XXXI. *Cum Dei voluntate
coniunctio.*

Igitur diuinæ voluntati suam
hactenus adiunxerat, vt in eo
solo suauissimè acquiesceret,
quod Dei nutu consilióque ge-
stum cogitasset. Inde nullæ au-
ditæ super vllò infortunio quæ-
relæ : sed quidcumque aduersi
contigisset, animo vultûque ad
hilaritatem factó, exceptum : &
quæ ceteros mortalium turbare
mæstiria lacrimis que solent, hîc
approbata. Documentum hu-
ius illustre fuit, nuntiata mors
fratris; quem vnum è suis tener-
rimè